

QK. 332, 16.

Carmina Nuptialia

V, 702.

Za
5809

A D I N T E G E R R I
M V M V I R V M , S A M V E-
L E M C R E B E L I V M , C I V E M L I P S I-
E N S E M , C O N T R A H E N T E M M A-
T R I M O N I V M ,

Cum

P I A , E T P V D I C A V I R G I-
N E E S T H R A , R E V E R E N D I E T O R N A-
t i s s i m i v i r i M . P E T R I H E S S I , A r c h i-
diaconi ad D . Thomam ,
filia.

Scripta ab amicis & cognatis.



L I P S I A E ,

G E O R G I V S D E F N E R V S E X C V D E B A T .

Å n n o

M . D . L X X X I I I .

Eυχὴ ἐπιταλάμιος.

Cuius init thalamum, diuino numine sponsa,
Quam pietas, mores, forma pudorq; probant.
Is quater est felix, & dextro sidere natus,
Ambit eum cornu copia larga suo.
Namq; virum totis animi penetratibus ardet,
Atq; viro prorsum nil putat esse prius.
Illa viro rebus solamina praebet in arctis,
Sortis & infidae fulmina sepe leuat.
Illa viri sequitur ductum, tractatq; fidelis
Omnia, quæ spectant emolumenta domus.
Dos iuuat innumeros, splendor, vel copia rerum,
At prior est cunctis, quæ colit una, Deum.
Hæc est sponsa decens, hæc unica cura marito,
Hanc animæ partem iudicat esse suæ.
Nunc igitur S A M V E L, felicibus edite pennis,
Pertentent mentem gaudia, sponse, tuam.
Nam tibi sponsa bonis auib; deducitur, una,
Adiutrix, animi portio grata tui.
Quam pudor & pietas, quam laudat gratia morum,
Quam Charis & virtus, formaq; laude vehit.
Illa tibi fallat fallacis tædia vitae,
Ac annos tecum turturis instar aget.
Hac igitur gaude sponsa, quam conditor orbis,
Sponse tibi iam nunc præbuit ipse, Deus.
Viuite perpetuò felices, sponsa maritum,
Et sponsus sponsam diligat usq; suam.
Blanda Charis firmo semper vos iungat amore,
Nulla cubet vestros Eumenis ante lares.
Paxq; fidesq; domus custodes limina seruent,
Nam nihil utilius pace fideq; toro.

Viuite



*Viuite Cumæe vatis feliciter annos,
Impleat & faustus Carbasæ vestra Notus.*

M. Alexander Becker VVolckensteinensis.

A L I V D.

*Q*ui pius in terris traducit tempora vite,
Hunc Deus ex omni parte beare solet.
*Namqe pia primùm donatur coniuge, latae
Post ea fortunæ munera larga capit.
Ergo quis o Samuel te iam neget esse beatum,
Cum subeat thalamum virgo pudica tuum?
Coniugium vestrum fortunet Conditor orbis,
Et mala Carpathium trans mare cuncta fuger.
Poma quot autumnus, quot dulces educat vuas:
Tot vobis vera prospera mente precor.
Viuite felices, thalami sint fædera firmae,
Vnanimisqe, regat pectora bina fauor.*

M. Daniel Selneccerus Dresdenensis

A L I V D.

*V*t Phœbus inter sidera
Cælo renidet fulgido:
Sic sponsa sic coniux decens
Res inter omnes emicat.
Honestam puellam
Donum Dei ter maximi,
Solus marito coniugem
Largitur optatam Deus.
Nunc ergo sponsæ gaudia,
Frontem explicando, concipe,
Nam sponsa rursus optima

A 2

Diuini-

Divinitus datur tibi,
Quæ castitate pectoris,
Integritate, moribus,
Cultuq; sacri numinis
Triumphat inter nubiles.
Hanc ergo spōnse dilige,
Imo recessu pectoris,
Tu spōnsa contrā dilige
Tuum maritum sedulō.
Ambo beati viuite
Dum membra firmat spiritus,
Rem prouehens Concordia
Vos coniugatos copulet.
Non morbus, infortunium,
Non tela sortis asperæ
Non lingua mendax, non Eris,
Incepta perdant gaudia.

M. Georgius Selneccerus Dresdensis.

A L I V D.

E st schola virtutum torus, est Academia vite,
In qua materiam discere semper habes.
Hic etenim pietas, virtus, patientia, candor,
Hic regit integritas, hic amor atq; fides.
Gratulor ergo tibi, Samuel, de coniuge pulchra,
Ac opto tuis prospera quæq; tuis.
En datur à Domino coniunx tibi virgo pudica,
Quæ tibi curarum sola leuamen erit.
Viuite felices, quos vincla iugalia necunt,
Ac nullum turbent gaudiæ vestra malum.

Vndig.

Vndeq; pax vestras coniungat candida mentes
Atq; regant vestram vela secunda ratem.
Sideribus ceu fixa manet Concordia sensus
Iadem coniugibus sic sit & unus amor.

M. Petrus Becker Lipsensis.

A L I V D.

PUtchrior aurora lux aurea surge profundo:
Prode diem solito mage clarum, Lucifer albe:
Nam pius ingreditur Sponsus penetralia templi,
Quam pone ingreditur vultu noua Sponsa pudico.
Criebelio abstulerat charam mors inuida costam:
Horror erat lecti socialis, brumag; dura:
Aetheris at rector vidui miseratus, inanes
Issi preces casto prolatas notuit ore.
Idcirco inflauit latitantes ossibus ignes:
Fecit & in pulchra tremulum incaluisse puella.
Vritur, & totus flagrat noctesq; aiesq;:
Nec prius absit, donec res cedere votis
Visa suis iunctaeq; manus, tædaq; paratae.
O nimium felix, Nympham qui dicit honestam,
Hoc certè donum excocto est præstantior auro,
Et præstat conchas, quas fert Tagus aureus, Indas.
Ergo tuos etiam dicamus Sponse beatos
Conatus, cælo gratos, terrisq; salubres,
Nunc extende tuas vlnas, & menus inermem
Circumeunte, tuam, cubitu complectere Nupiam.
O noua nupta satis felix, nam munere Diuum
Aetherea sponsus venit tibi talis ab arce.
Quod restat, vobis hastadas grator & opto,
Rector ut ipse poli capto det vela secunda:

A 3

Dum

Dum vicit amnis aquas adsit quoq; copia cornu
Pleno, circumstet vestram Concoria mensam:
Atq; thoro aspirent facundis numina ventis.
Quotq; natant pisces, vasto quot in aequore naues:
Quotq; rosas molles producunt tempora verna:
Tot quoq; de vestro generentur sanguine nati,
Quos matris pietas ornat, moresq; paterni.
Deniq; tu SAMVEL Pylios fericiter annos
Exige, & Estra habeat Cumæ secula Vatis.

Augustinus Hessus Lipsensis.

A L I V D.

Non male succedit res numine cæpta vocato,
Fine sed absolui prospere solet.
Ergo age Cæpta iuua rerum venerande creator,
Et latæ sponsos aspice fronte nouos.
Ipse veni clemens & dextræ iunge piorum
Numine confirmans fædera sancta tuo.
Insidias prohibe stygij fraudesq; Draconis
Ne Sponsis noceat vis metuenda nouis.
Acciderit durum si quid, succurre vocatus,
Ut mare per vastum tristia quæ fuges.
Sic tibi laus crescat, sic te Dominumq; parvemq;
Laudabit soboles cum genetrice pia.

Michael Stromerus Lipsicus.

Ἐπιθαλάμιον ex dicto Syracidis 25.

Sunt tria que pariter superumq; hominumq; fauorem
Moyentur, atq; gratiam:

Necit

Nectit ubi dulcis fratum Concordia mentes
Pias amore mutuo :
Vicini niuibus si candidiora caducis
Et lacte gestant pectora :
Cum coniunx vitam dicit sine lite quietam
Dulcissima cum coniuge.
His nihil in toto iucundius aspicit orbe
Sol aureus virtutibus :
Ha gemmas vincunt, preciosaque munera regum
Et quicquid orbis suspicit :
Huc Deus aethereus praesens sua lumina flectens,
Quam multa donat commoda.
Ergo sponse tibi si conciliare fauorem
Cupis DEI, & mortalium.
Concordi sociam thalami complectere nexu
Amoris ardentiissimi :
Esther & ingenua faciet te prole parentem
Laudes DEI quae concinat,
Sponsum sponsa tuum formosa fouebis in vlnis,
Et grata referes munera .
Ipse DEV S castum sic fortunabit amorem,
Sua & beabit gratia .
Sic non ulla lares vestros intrabit Erynnis,
Aberunt proculq; iurgia.
Vester amor vigeat Sicula feruentior Aethna
Per longa vitæ secula.

Michael Christianus.

A L I V D.

Quod expetis iugalia,
Esther Soror suauissima
[Iam

Iam iam subire vincula,
Criebeli & optimi thorum
Ardes viri castissimum
Inire, ceptum illi DEO
Tuum probatur maximo.

Hinc ergo voce supplici
Precorq; cordis intimi
Votis, ut adsit gratia
Vobis, tegatq; dextera:
Felicitas ille tempora
Videre det longissima
Vita, beatq; liberis
Vestram domum pulcherrimis.

Fa 5809 QK

X2206323

Petrus Hess.

Xρονοδισκογ.

Sole VIas LIBra nonas Carpente per astra:
VLnIs KribeLVM CVLta pVeLLa foVel.

A. M. VV.

F I N I S

W.K.





702

Nuptialia

EGERRI-
VM, SAMVE-
M, CIVEM LIPSI-
AHENTEM MA-
NIVM,

PICTA VIRGI-
RENDI ET ORNA-
RI HESSI, Archi-
. Thomam,

is ~~a~~) cognatis.



Farbkarthe #13

A color calibration chart titled "B.I.G. Farbkarte #13". The chart features a ruler scale on the left with markings in Centimetres (0-19) and Inches (0-8). To the right of the ruler is a 4x6 grid of color patches. The columns are labeled from left to right as Cyan, Blue, Green, Yellow, Red, Magenta, White, and Black. The rows are labeled from top to bottom as 3/Color, Cyan, Blue, Green, Yellow, Red, Magenta, White, and Black.